

nis Diœcesisibus, vbi neque sunt presentati,
neque approbati. Tum, quia illis, quibus
committitur commutare, non committitur
dispensare. Tum, quia dispensatio votorum
& commutatio non potest fieri ab Episcopis
cum exteris, qui ad suas Diœceses accedunt,
iuxta dicta in superioribus. Vnde conces-
sa facultate ipsis presbyteris ad predicatione vo-
ta commutanda, cum sit præter ius respectu
votorum exteriorum, non debet illud exten-
di ad ipsorum dispensationem. Paulus e-
nigm. 3. Romæ apud Sanctum Petrum die. 3.
Iulij anni Domini. 1545. Pontificatus
sui anno. 2. Presbyteris confessoribus Socie-
tatis concessit facultatem quorumcunq; fi-
delium ad eos accendentium confessiones
audire, & eorum singulos ab omnibus &
singulis eorum peccatis quantumcunq; gra-
tibus etiam Sedi Apostolicæ reseruatis ex-
ceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini po-
testatem absoluendi, atq; eis pro commissis
penitentiam salutarem iniungendi, ut supra
visum est. Nec non vota quæcunq; per eos
pro tempore emissæ [ultra marinis, visita-
tionis liminum beatorum Petri & Pau-
li Apostolorum de Urbe, ac Sancti Iacobi